



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Habacvc Propheta**

**Habakuk**

**Argentorati, 1526**

**VD16 B 3952**

Dominus dominus uirtus mea, qui pedes meos ueluti ceruorum ponet,  
superq[ue] excelsa perducet me alte canentem in organis. XX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35974**

uili precio terram comparandam prædixit, quom pau-  
ci adeo in ea demorarentur, id quod & Mose in Leui:  
prædixit, habituram sabbatum suum, terrā, ubi ex ea  
exacti fuerint.

XIX. Ego uero lætabor in Domino,  
Gaudebo in Deo salute mea.

Id est in omni eiusmodi tribulatione mea & angu-  
stia id me consolatur, quod Deus adhuc nobis auxilia-  
turus sit, necdū enim uisiones prophetarū finite sunt,  
Christus adhuc uenturus est, tum uero rursum exulta-  
bimus.

XX. Dominus dominus uirtus mea, qui  
pedes meos ueluti ceruorum ponet, su-  
perq; excelsa perducet me alte canen-  
tem in organis.

Versus ille e Psalterio desumptus est, Sic enim Da-  
uid ait Psal. 17. Dominus pedes meos ueluti ceruorum  
faciet, & in altum perducet me, Quæ omnia tantum  
ualent, Dominus adhuc mihi, & Deus & fortitudo est,  
ideo lætābimur & exultābimus, ac ueluti cerui salte-  
mus, tam enim leues pedes nostri fient, nec amplius in-  
cæno uadābimus, aut reptābimus, sed omnino præ gau-  
dio in aere feremur & uolābimus neque quicquam fi-  
ciemus, quā quod leti canāmus, ludāmus, & nihil nō  
læticiarum agāmus. Id fiet, ubi sceptrum Babylonicū  
maledictū & deuastatū, nos uero redempti fuerimus.

ANNOTATIONES

Christus cum suo regno aduenerit, AMEN

A B O H A K B  
HÆCEST PRECATIO ET ODE

Habacuc, in Iudeorum consolationem facta, sed abruptis omnino uerbis, quæ Germanis nobis infueta sunt. Ceterum, ad Hebræam nobis compositionem consuescendum est. Si enim nostra audituri essent carmina, æquæ dura & rara illis uiderentur, atq; ipsorum nobis. Spero autem propheta me adsequutum esse mentem, unde Laus & gratiarum actio Deo sit in æterna secula.

AMEN.

ARGENTORATI

Iohannes Knoblouch

excudebat. An

no. 1526.

Mense Augusto.